

## Regnum Mortuorum.

Litterae familiares inter vivos et Mortuos.

Caupo quidam in Germania ad famulum Cellarium *Joannem Hoppas* in Elisium, velut responsum ad Litteras Europae Nro. 7. contentas.

De Mundo 19. Januarii 1308.

Litteras tuas ex Elysio 8. Januarii ad famulum meum cellarium exaratas, sincero cum affectu legi. Meus Martinus vidit in illis, velut in speculo; sortem suam, et ab eo tempore cogitationibus, et meditationi futurorum immersus, et pusillanimis incedit, ut saepe eum excitare debeam; senem Dominum Deum adhuc vivere, ne proin animo depondeat. Etiam ego fueram famulus, et inde notae mihi miseriae hujus status, et si tempora illa mente revolvam, fateri cogor, me tunc qua famulum Cellarium melius substituisse, quam nunc ut caupo. Haec multi non credent, ubi tamen haec ex sincero corde scribo, et statum meum praesentem ingenue adumbrabo.

Ante 25—30 annos Diversoria ita erant comparata, ut quivis more veteri Germanorum exiguis sumptibus subsistere potuerit; ideo Magni Domini frequentius peregrinabantur, et quivis Caupo domui suae externum quemdam splendorem dare nitebatur, hinc non amplius popina, sed Diversorium appellabatur. Aliqui volebant plane palatia struere, ut potentes itinerantes ad diutius manendum alliciant, quod saepius etiam ad votum cessit. — Omnia erant levi praetio, Magni Domini consumebant multum, et saepius etiam munera dabant. Nutum est, Carolum Principem Lotharingae, dum ex Belgio Viennam, aut vicissim profuscebatur, cuique Cauponi, apud quem noctem agebat, 100 Aureos dono dedisse. Haec erant tempora, tunc 100 Aurei plus valebant, quam nunc 300. Omnium rerum pretia creverunt, sed ex parte paratae pecuniae decreverunt.

Dilecte Hoppas! Alia erant haec tempora; quivis hospes habuit pro 48 xr. bonum prandium cum lagena boni vini; et in hac proportione erant omnia; ab annis 30. pretia rerum plus quam triplo elevata sunt, sed in popinis vix ultra dimidium. Sed nec culinae erant adhuc artificiosae, mensa cum 6 cibis jam erat opulenta; verum ab eo tempore

quanta cibariorum varietas? Quis attunc somniasset de jussulo rapparum, quod tamen omnes species jussulorum in toto hoc optimo mundo superere dicitur. Rabies cupediarum necdum tanta; Tubera, velut Italiae, Galliaeque deliciae, vix de nomine nota; Pastettae ex Jecore anserino serius inventae, postquam nempelitterati demonstrassent, *jecur anserinum* jam apud Romanos in deliciis fuisse, et alia veteribus ignota cupediarum genera.

Si ergo talis cupedulus, similibus assvetus, ad Tabernam veniat, quid apponamus, ut satisfaciamus ei? Vetus Germanorum sic dictus victus *domesticus*, etiamsi nonnihil perculior, non arridet palato ejus; hinc omnis pro genio modo hoc modo illud contra cibos excipit; huic adparent dulces, illi amari, tertio sine omni gustu, et spiritu. Fingas ergo tibi Cauponem, qui millenas has criticas, et culinarias recensiones audire debet; nam relate ad criticam culina et litteratura pari passu ambulant. Martinus quidem meus etiam audit similia, sed haec illum non afficiunt, verum cuncta in me, aconomiamque meam rejiciuntur; Magnos itaque Dominos in Diversorio suo hospites habere, hodierna aetate haec magna est fortuna. Barones, Comites, Principes solent nunc soli cum unico famulo venire, suntque adeo populares, ut ad mensam communem prandere soleant. Si veniant cum mulieribus, tunc fugitatio, et servitium est absque fine, quin tota die media vini bibatur. Dilecte *Hoppas*; victus hac aetate parum infert, nisi more veterum Germanorum heroice potetur.

Hinc deligam ego mihi tabernam, in qua officiales publici, consilarii, magistratuales civici, aut officiales; ubi Quaestores, Cives aliudque simile genus hominum convenire solet, hi adhuc vivunt veteri more Germanorum; idest sunt jucundi, et potant; quod est verum *critterium* lucri in popina. Si ego cuncta ad calculum D. *Süssmilch* exigam, profecto, quo mentem convertam, ignoro. Domus tanto empta, ubi tamen capitale saltem 5. p. Centum census ferre deberet; Numerosum famulitium; Deterioratio domus, et omnium objectorum aconomiae domesticae; necessariae reparationes; tot confractae lagenae, pocula, orbes etc. quantae expensae quotidianae? His accedit defectus hospitum, et hoc ipso vacua cubilia; parcitas itinerantium, et extrema in esu et potu sobrietas — Haec facile conturbant cerebrum. Ad hoc quam inquieta est vita uaius cauponis, Tumultus, clamores, fugitationes, diu noctuque nulla quies; Modo venit unus stentor, modo ebrius, modo criticus, modo vagabundus, qui vespere exiens, relicta cista, sine solutione disparet. Cellarius famulus quidem etiam fert has miserias, nihil tamen perdit, et res marsupium ejus non fefit; ille

peragit  
conveni  
rius; A  
didit?

Ve  
tes pos  
Neapoli  
consum  
tuor Eq  
nes con  
ubi levi  
*experto*  
creta se  
peregrin  
est stat  
12 Apost  
ter caup  
unus al  
fragilita  
de 8. Ja  
ex his q  
vero ad  
eventib

Po  
onalis i  
Vassing  
ciasse s  
Status c  
tam ess  
que Pat  
et illud  
nis, ing  
glia pro  
intulisse  
vis vi in  
praeda  
modi na  
inter Ar

Fa  
America  
quae cu  
sidium  
herculeu  
sit; Qui  
vero Ce  
dispensa  
tur ad h

peragit labores suos quotidianos, et si cum hero suo non conveniat, vadit aliquot domus ultra, et fit iterum Cellarius; Ast quomodo Caupo fiet iterum caupo, si omnia perdidit?

Verum quidem est, peregrinationem hac etate ingentes poscere sumptus; Quidam Anglus, qui propriis 4. equis Neapoli Caletum iter fecerat, asserebat, se tantas pecunias consumpsisse, ut si in auro, et argento fuisset, iidem quatuor Equi vehere non potuissent. Sed quid possunt Caupones contra, si cuncta tanto sint pretio? Ante 25. annos, ubi levi omnia veniebant pretio, erat major occasio lucrandi. *experto crede Ruperto.* — Quod aliqui Divesitorum duplici creta scribant, ut occasione utantur, seque ob raritatem peregrinantium indemnes reddant, est injustum; sed quis est status, in quo omnes homines honesti sunt? Anne inter 12 Apostolos unus Judas erat? Ergo non mirandum, si inter caupones quoque, qui non ita, ut Apostoli sancti sunt, unus alterve sit scurra. Hae sunt vicissitudines humanae fragilitatis. — Hoc est responsum, chare Hoppas, ad tuas de 8. Jaauarii. Multa adhuc possent adduci, sed puto, jam ex his quivis satis cognoscere poterit, sapienti pauca; Quia vero ad Elisium scribo, volo etiam quaedam de mundi eventibus ad beatas has umbrarum sedes scribere.

Politica inter Angliam, et Status Americae septemtrionalis incipit seriam induere formam. Litterae quippe ex Vassingthon de 24. Novembris ferunt. D. *Adams* annunciasse senatui, per Praesidem longam praesentis Patriae Status deductionem Congressui pro deliberatione propositam esse, quae continet media, pro securitate. dignitate, que Patriae in moderna crisi conservanda; inter alia est et illud: Ut omnibus Armatis navibus, signanter Anglicanis, ingressus in Portus americanos interdicatur, donec Anglia pro laesionibus, quas navibus, subditisque americanis intulisset, satisfactionem impenderit; quae quae autem navis vi in portum ingressa fuerit, hostiliter habeatur, et pro praeda declaretur. Praeses habet plenam potestatem, ejusmodi naves succendendi, vel secus evertendi. Ita sunt res inter Angliam et Americam.

Famosus Miranda, terminata gloriosa sua expeditione in America hispanica, Londinum advenit. Postrema expeditio, quae cum copiis excurrit, desinata est ad occupandum praesidium *Ceuta* in Affrica, Gibraltariae oppositum, ut fretum herculeum, ac ipsum praesidium Gibraltar magis tegi possit; Quid si uno eodemque tempore Galli Gibraltar, Angli vero Ceutam oppugnarent? Anglia habet per omnia maria dispersas naves bellias 795 Quam immensa summa requiritur ad haec? Quomodo Anglia haec diu sustinebit?

Dum Gallicus Exercitus junctim eum hispanica sinibus Portugalliae adpropingvaret, scripserat Gubernator Hispanicus in Badajes ad Marchionem *Alarno* Commendantem Portugallicum in *Clivis*, et *Alentero*, an copias gallo-hispanicas ut amicos, aut hostes excipere vellet? ad quod Commendans Portugallicus haec respondit: Ut amicos non possum alere; ut hostes autem non possum profigere; quae habeo honorem perseverandi etc. Braviter, et bene!

Generalis Junot omnem Anglorum proprietatem quae adhuc *Oxyssipona* reperta fuit, sequestro subiecit. Navis lineatis Gallica 74. tormentorum ex America septemtrionali feliciter in Galliam appuit, quod novo argumento est, omnem Anglorum vigilantiam ad impediendum navium comitatum non sufficere. In itinere offendit illa navim anglicanam, quae amisso gubernaculo, fluctuum ludibrio exposita erat, nulla ei spe salutis amplius affulgente. Homines tamen, quae in hac navi fuerant, navis gallica feliciter salvavit, et in Galliam devexit.

In Regno Vestphaliae 3. dehinc futurae sunt Universitates, ut ut unica pro hocce regno sufficeret, sunt vero haec Universitates Hallensis, Göttingensis et Mahrburgensis. Si quidem vero regnum hoc formam gallicanam accipiat, tres haec Universitates tradere debebunt novum rerum ordinem, unde omnis foederata juvenes in Germania suam accipiet educationem, quae ex Gallia horsum deducetur. Codex Napoleonis jam accepit cathedram classicam, qui veteri juris sistemati successit. novamque juris epocham fundabit.

Post mortem dirigentis *Ministri* Comitum *Volkenstein* sua Serenitas Caesareo-Regia *Archidux Ferdinandus*, *Magnus Dux Herbiopolis*, edito Decreto praecepit, ut omnia Acta, et scripta, quae hactenus ad eundem *Ministram* mittebantur directe Suae Serenitati, mittantur.

Rumor, quod copiae gallicae regiones inter *Vistulam*, et *Viadrum* usque 15. Januarii derelicturae, et per *Barolinum* in regiones *Albis* recessurae sint, mansit, qui fuit — rumor. — Hinc *Generalis Victor*, qui domos militares pro hoc eventu praeparari jussit, mandatum istud revocavit, eo addito; mutatis rerum circumstantiis provisionem hanc minus necessariam esse; ex nonnullis tamen aliis adjunctis speranda est mutatio infelicis ditionum *Borussicarum* sortis. *Officiales Borussici*, qui ad verbum dimissi, in ditionibus *Borussicis*, per *Gallos* obsessis commorantur, cum 1. Februarii plenae restituuntur libertati.

*Thema.*

Nol  
quas exp  
experien  
philosop

An  
serenum  
ambulab  
morum A  
diu adhu  
tulanus;  
et omnes  
illam. H  
rans, re

Die  
dit. Rex  
videns;  
Majestas  
cum tuo  
imperabo  
futurum

Hoc  
tis, est  
tido ger  
nes *Vinc*  
In quam  
nunciat V  
um nitit  
rostrorum  
Autumnu

Sicu  
sunt, ita  
entia for  
ticis legit  
probat,